



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Custos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Addit. 3 Velle scire in mortalem finem, vel quæ sub pecc. m. vetita sunt, vel explicata in confessione crimen. m. est, *Nau. Tol. l. c.*

Custos, vide Restitutio.

1 **C**ustos de damno tenetur, quod non impedit cum possit.

**Nau. c. 17. num. 136. Salon. q. 62. art. 7. contro. 5. concl. 3. Vide Syl. Custos. 1.*

2 Cum fures à culpa excusantur ob necessitatem, potest custos dissimulare.

**Nau. l. c. num. 122.*

Custos tenetur de lata, & leui culpa; non de leuissima, *Bannes q. 62. art. 7. contra. Adr.*

DEBITVM VIDE BENEFICIVM.

Contractus, Ecclesia, Hereditas, Mutuum, Restitutio.

1 **D**ebitum soluendum æstimatione monetæ temporis contractus.

2 Qui debet monetam ferri metalli in ea soluat, vel eius æstimationem in tempore solutioni præfixo.

3 Si debitæ pecuniæ mutata est materia vel pondus, soluenda est æstimatione temporis contractus: quod si solum sit pretium mutatum, ante moram prodest id & nocet creditori, nisi si aliud sit conuentum: post moram verò soluenda est æstimatione temporis quo solui debuit.